

XXXII. Replicabis. Nedom imaginatio, sed rationi repugnans...

XXXIII. Respondendo. nego consequens. Nam temporis differentiam...

XXXIV. Dices tertio. Sicut corpus transire non potest de loco ad locum...

XL. Dices primo. Tertullianus Apolog. c. 22. de Angelis...

XLV. Dices quarto. Angelus tenetur sequi ordinem Auditoris nature...

XLVI. Dices quinto. Angelus tenetur sequi ordinem Auditoris nature...

XLVII. Motum hunc itaque unico instanti non posse perfici...

S. IV.

An motus localis Angeli perfici possit in uno instanti?

XXXVI. Deo. Motus localis Angeli sive continuus sit, sive discretus...

XXXVII. Motum hunc itaque unico instanti non posse perfici...

XXXVIII. Hoc explicat S. Doct. in 1. dist. q. 4. a. 3. c.

tato, sic. Cum motus Angeli non sit (ex necessitate) continuus...

XXXIX. Adverto tamen primo, non negare hic S. Doctorem...

Secundo adverto, non negare, quod Angelus, dum totaliter...

XL. Dices primo, Tertullianus Apolog. c. 22. de Angelis...

XLV. Dices quarto. Angelus tenetur sequi ordinem Auditoris nature...

XLVI. Dices quinto. Angelus tenetur sequi ordinem Auditoris nature...

XLVII. Motum hunc itaque unico instanti non posse perfici...

XLVIII. Motum hunc itaque unico instanti non posse perfici...

XLIX. Respondendo, neg. min. excedit enim motus localis...

XLX. Respondendo, neg. min. excedit enim motus localis...

Neque inferas, Angelum fore virtutis motive infinita, si potest...

Nam nego illatum: quia tunc solum potentia ad producendum...

D U B I U M I.

An Angeli substantia sit suum intelligere? an intelligere sit suum esse?

S. I.

Resolutio prima partis.

I. Deo. Substantia Angeli non est suum intelligere, sed intelligere...

II. Probat autem Div. Thom. communem sententiam. Primo. Si substantia Angeli...

III. Secunda ratio Div. Thom. est ista. Si intelligere Angelus...

IV. Ex quo sequitur tertia ratio, nimirum, quod si substantia...

V. Probo ultimum alii ratione ex S. Augustini lib. 11. de Civitate...

VI. Insuper lib. 6. de Trinitate. cap. 6. in anima (inquit) cum aliud...

S. II.

Resolutio secunda, ac tertia partis.

VII. Deo secundo. Intelligere, seu actio Angeli, vel cuiuscumque creature...

causa perfectione, & perfectionem virtutum; ut contingere in lumine glorie...

Unde arguo sic. Si Angelus localiter moveretur in instanti...

XLIII. Ad id, quod additur, disting. min. lux &c. pervadit...

XLIV. Dices secundo. Motus localis Angeli nihil aliud est...

XLV. At replicabis. Potest in eodem instanti esse acquisitio...

XLVI. Respondendo, nego antecede ad ebus propositum, antecede...

XLVII. Respondendo, nego antecede ad ebus propositum, antecede...

Q U A E S T I O I V.

De quidditate, modo & modo angelica cognitionis.

Angelum esse natura cognoscivum certum est. Cum enim sex superius...

ligere Angeli est motus ejus: sed esse Angeli, non est motus: ergo esse Angeli non est intelligere ejus. Secundo. Duplex est actionis genus. Unius quæ respicit in aliquid exterius, in seipsum autem, sicut verbum de seipso. Alterius, quæ non transit in rem exterius, sed magis in seipso agente, sicut sentire, intelligere, & velle; per hujusmodi enim actionem non immutatur aliud extrinsecum, sed totum in ipso agente agit. Sed neutra ex his actionibus potest esse ipsius Angeli esse, aut cujuslibet alterius creature; ergo &c. minorem probat Div. Thom. 2. de actione transiens. Nam esse agentis significatur intra ipsum manens: sed actio transiens est effectus ab agente in passum; ergo non est esse agentis. Secundo. De actione immanente, pura intelligere, & sentire. Nam hæc habet quoddam esse indeterminatum, & quodammodo infinitum; & potest ad plura se habere, & ab eis speciem sumere: intelligere quidem, ab omni intelligibili; seu ab omni ente; sentire vero ab omni sensibili. Unde tam intelligere, quam sentire quandam habent limitationem, cum possint fieri omnia, nempe intelligere omnia propter intelligibilia seu entia, & sentire omnia sensibilia: sed esse Angeli & cujuscumque creature est determinatum ad unum secundum genus, & secundum speciem, solum enim esse Dei omnia simpliciter comprehendit; ergo esse Angeli; seu cujuslibet creature non est sua actio sive transiens, sive in agente manens.

VIII. Dico primo. Vivere vivens est esse (ut dicitur 2. de Anima text. 37.) sed intelligere est quoddam vivere: ergo &c.

Resp. ex D. Th. ibi ad 1. disting. maj. vivere sumptum pro ipso esse viventis, seu pro principio radicali vivendi, conc. maj. Sumptum pro operatione vite, quæ demonstratur, aliquid esse vivens, nego maj. Sic enim vivere non est ipsum viventis esse; sed ipsam demonstrat & posteriori. Quare Philosophus ibi distinguit duos gradus viventis secundum diversa opera vite.

IX. Dico secundo. Forma, per quam Angelus intelligit ad minus seipsum, est eadem cum forma, qua Angelus est, ut enim dicemus, intelligit seipsum per suam substantiam; ergo ego intelligere est idem cum sua forma, ac eum suo esse.

Respondet ex eodem ad secundum, dist. ant. est eadem &c. secundum diversam rationem, conc. ant. secundum eandem rationem, nego antec. Ipsa enim essentia Angeli est ratio cuius sui esse (non quidem ratio formalis, sed ratio specificans, quia esse quod secundum se vagatur per omnia genera, & species, determinatur ad speciem Angeli per essentiam Angeli) non tamen ratio totius sui intelligere; quia non omnia per suam essentiam intelligere potest, nec omnia suam intelligere specificat. Unde non sequitur, quod hæc ratione intelligere Angeli sit suum esse.

Resp. secundo, infirmando argumentum. Forma, seu essentia Angeli est causa specificans esse, seu actualem existentiam, ad hanc tamen comparatur sicut potentia ad actum realiter distinctum; ergo similiter ad actualem intelligere comparabitur: & sic essentia Angeli non est suum esse; ita nec est suum intelligere.

X. Dico tertio. Potentia intellectiva Angeli non est ejus essentia, sed realiter ab essentia distinguitur. Ita Sanctus Thom. art. 3. præsentis quæst. 54. cujus ratione sic probatur.

Potentia, quæ habet actus immediatos adequatos realiter essentialiter distinctos, debent in creatis realiter distingui: sed essentia, & potentia intellectiva Angeli habent actus adequatos essentialiter distinctos; ergo &c. maj. prob. Quia cum potentia specificetur ab actu suo immediato adequato, potentie quarum actus adequati sunt essentialiter diversi, debent realiter distingui; cum eadem res nequeat esse in duplici specie adæquata. Minor etiam sic prob. Actus immediatus, & adequatus essentia est esse; actus vero immediatus, & adequatus potentia intellectiva est intellectio, sicut conjunctive potentie operative est operatio: sed, ut ostensum est, intellectio, & operatio realiter distinguitur ab esse ipsius distinctione adæquata, & essentiali; ergo &c. unde (concludit Sanctus Doct.) essentia Angeli non est ejus potentia intellectiva, nec aliter creati essentia est ejus operatio operativa.

XI. Scio, Scotum opinari potentiam intellectivam Angeli distingui ab ejus essentia sola sua distinctione formali, quod generaliter asserit de omni operativa potentia. Sed quia hæc quæstio philosophica est, & a Philosophis agitatur; ideo ad ea, quæ ibi docent nostri, Candidatum necum remitto.

XII. Hæc solum ex D. Th. notare placeat. Primo. Quod licet Angelus vocetur intellectus, & mens; hoc non est, quia essentia ejus sit potentia intellectiva, sed quia tota ejus cognitio est intellectualis, ad differentiam cognitionis anime nostre; quæ partim est intellectus, partim sensitiva. Ita S. D. ad 1.

Secundo. Quod licet Angelus sit forma simplex, non tamen est suum esse, sed comparatur ad ipsum, sicut potentia ad actum: Forma autem simplex, quæ non est suum esse, sed comparatur ad ipsum ut potentia ad actum, potest esse subiectum accidentis, & præcipue ejus, quod consequitur speciem. Ita S. Thom. ibi ad 2. quibus constat potentiam intellectivam secundum mentem ejus esse accidentem.

Tertio tandem. Cur potentia materie non sit a materia distincta, bene tamen potentia operativa distinguitur ab essentia? Nam, ut ait S. D. ad 3. potentia materie est ad ipsum esse substantiale; potentia vero operativa est ad esse accidentale. Quare ista a substantia debet esse distincta, illa non.

DUBIUM II.

An Angelus ad cognoscendum se aliqua specie indigeat?

S. I.

Necessitas speciei ad intelligendum.

Suppono ex his, quæ in libro de Anima saniores Philosophi tradunt (ut nos Tract. de Visione q. 3. dub. 1. §. 1. ex D. Thom. observavimus) ad omnem cognitionem, præter potentiam, & virtutem ad cognoscendum, requiri speciem representantem objectum, & potentia illud conjungentem, ac ad ejus cognitionem, quodammodo determinentem. Cum enim potentia, etiam omni virtute prædita ad cognoscendum, adhuc maneat indifferens, & indeterminata ad cognoscendum hoc, vel illud, eget determinari per aliquid ad hujusmodi, quam alterius cognitionem, ac insuper, cum cognitio fiat per hoc quod objectum conjungatur potentia, & sicutur quodammodo intra ipsam, ut sic possit conceptum ejus, ac similitudinem intra se formare: cognitio enim ad modum cuiusdam partus fit, ad quem concipiendum immittit ab objecto similitudo sui, vel objectum per seipsum fecundat; ideoque in Tr. de Verbo, ostendimus, Verbum esse genitum, quia cognitione procedit. Hoc autem, quo objectum, five per se, five per sui similitudinem potentia conjungitur, speciem vocatur.

II. Porro ad rationem hujusmodi speciei, quæ ad intelligendum necessaria est, valde materialiter se habet, quod fit in entitate accidentis, vel substantiæ. Cum enim formale illius sit conjungere objectum potentia, & ad illud sui representationem eam determinare, in quantumque entitate, five accidentali, five substantiæ hoc fiat, proventus de materiali se habet. Immo tunc solum contingit, ut accidentali entitate hoc fiat, quando objectum sua substantia immediate ad nequit prætere, sed præter sui similitudinem. Utrolibet autem modo id præter, ab inherebant, five informatione præcedit; quia intellectus conjungitur non ut tertiam aliquam naturam constituit, sed ut intellectum ad suum esse intentionaliter transformet.

III. Dimittis ergo illis, qui ad cognitionem cujuscumque rei, & consequenter etiam substantiæ Angeli, requiri speciem universaliter negant, quos modo resellere non vacat; ad rem præsentem, quæ de cognitione substantiæ Angeli est, tres spectant opiniones.

IV. Prima asserit, substantiam suam immediate Angelo deservire ad cognitionem sui. Ita Sanctus Thomas hæc 1. paræ quæst. 56. artic. 1. quæst. 3. de veritat. art. 6. & 2. Contra Gentes cap. 98. quem sequuntur omnes ejus Discipuli. Immo, loquendo de cognitione intuitiva; Scotus ipse, ejusque Schola; quamvis postea vult, Angelum posse seipsum abstractivè cognoscere per species a sua substantia distinctas.

Secunda sententia ad extremum declinans docet, Angelum ad seipsum cognoscendum indigere specie a sui substantiæ distincta. Quæ tribuitur Alenxi, Martilio, Henrico &c.

Tertia est, non substantiam, sed Angeli intellectum gerere munus speciei ad cognitionem sui; & cujuscumque alterius objecti. Ita Vasquez putat, non posse efficaci ratione probari, quod in intellectu Angeli dentur species. In hac opinione trahitur Cajetanus, quamvis ad communem Thomistarum sententiam trahi possit. Vasquez ex parte adhaeret Alarcon; Sed non est, cur in his explorandis tempus teramus.

S. II.

Resolvitur de specie, quæ cognoscit Angelus substantiam suam.

Dico primo. In cognitione, qua Angelus cognoscit substantiam suam, ipsa Angeli substantia locum tenet speciei, & objecti determinantis intellectum ad cognoscendum seipsum, & accidentia, seu proprietates sibi connotatas non autem supernaturalia accidentia. Probatur prima pars. Substantia Angeli habet omnia requisita ad hoc, ut possit immediate, & per seipsum determinare intellectum Angeli ad sui cognitionem; ergo &c. Consequ. patet: nam, ut diximus in Tract. de Visione Dei, species ab objecto in potentiam immittit, tunc solum requiritur, quando objectum non potest per seipsum determinare potentiam ad sui cognitionem. Ant. vero prob. Ut aliquid objectum possit immediate, & per seipsum determinare potentiam ad sui cognitionem, requiritur, ut sit immediate, & per seipsum intelligibile, & potentia cognoscere intime conjunctum; sed substantia Angeli est per seipsum, & immediate intelligibilis; quia est proventus immaterialis, & illi intime conjuncta: est enim immediata radix intellectus, eique intime præsens, imo magis, quam species accidentalis ei superaddita; ergo &c.

VI. Confirmatur. Intellectus debita virtute prædita, & habens objectum intelligibilem sibi unitum, est causa totalis sufficientis ad intellectionem; sed intellectus angelicus respectu cognitionis sui habet sufficientem virtutem, habet insuper essentiam suam ejusdem gradus spiritualitatis cum ipso, & ideo actu proxime intelligibilem, & sibi summe unitum: nec enim potest esse major unio, & approximatio cujusvis speciei cum intellectu, quam sit unio essentie cum proprio intellectu. Si ergo species impressa ab objecto distincta continens objectum solum secundum esse intentionale, & diminutum sufficit cum intellectu ad producendum cognitionem, multo magis objectum ipsum, si per seipsum sit potentia pro-

portionatum, quia ejusdem immaterialitatis, & illi intime conjunctum.

VII. Secundo prob. Ideo substantia Angeli non potest loco speciei ad sui cognitionem concurrere, quia est forma per se existens, & intellectum non informans, aut einahrens: sed hoc non impedit, &c. ergo &c. Min. prob. Tum ex superioribus notatis, ubi diximus, inherentiam per accidens se habere ad rationem forme intelligibilis, Quare D. Th. 1. p. 2. q. 56. art. 1. art. 1. ait: nihil autem differt ad hoc, quod forma sit principium actionis, quod ipsa forma sit aliquando inchoans. & quod sit per se subsistens. Non enim minus color calefacere, si esse sit per se subsistens, quam calefacere inchoans. Unde essentia divina, est et maxime per se subsistens, & forma intelligibilis, est ratio cognoscens seipsum, tum intellectus Divino, tum intellectus Beati; ergo &c. Rursum ex eodem D. Th. citato. Ideo substantia Angeli non potest gerere munus speciei ad sui cognitionem, quia upote per se subsistens non potest movere intellectum angelicum, reducendo ipsum de potentia ad actum: sed hoc non requiritur, cum intellectus Angeli semper sit in actu sui cognitionis; & non quandoque in actu, quandoque in potentia; ergo &c. Unde concludit S. D. si autem semper eam actu habeat (id est cognitionem, & speciem) nihilominus per eam cognoscere potest absque aliqua mutatione, vel receptione præcedente. Ex qua patet, quod moveri ab objecto non est de ratione cognoscens, in quantum est cognoscens, sed in quantum est potentia cognoscens.

VIII. Secunda vero pars, quod per suam substantiam tamquam per speciem cognoscit Angelus sua accidentia propria, & natura; supponit in Angelo alia esse accidentia propria, & sibi proportionata, alia supernaturalia. De prioribus tantum loquitur hæc secunda pars. Et prob. a priori. Nam substantia Angeli unitur ejus intellectui secundum totalem, & adæquatam representationem, unitur enim ad cognitionem comprehensivam sui: sed substantia Angeli representat omnia sua natura accidentia, intellectum, voluntatem, operationem; est enim omnium adequata radix ea perfecte continens; ergo hæc omnia intellectui angelico representant.

IX. Quoad accidentia vero supernaturalia, hæc per suam substantiam Angelum non cognoscere, eadem ratione probatur. Nam hæc in substantia Angeli non continentur; ergo per eam representari non possunt: immo nec per species naturales Angelo infusas, sed per species altioris ordinis, & per illas cognoscit omnia mysteria gratiæ. Sicut enim ad hæc cognoscenda indiget animi Christi scientia per se infusa, nec satis sui scientia naturalis, & acquirita: jua nec in Angelo factis erunt, five propria substantia, five species naturales, sed requiruntur species elevationes. Ex ideo D. Thomas hoc articulo citato exponens verba Dionysii cap. 6. Angelus Hierarchia secundum antiquam translationem dicens, Angeli ignorant proprias virtutes, respondet ad 1. Angeli non possunt cognoscere suam virtutem, secundum quod procedit ab ordine divina sapientia, quæ est Angeli incomprehensibilis. Quod repetit qu. 3. de Verbo, art. 6. ad 1.

S. III.

Contraria proponuntur, ac solvantur.

X. Quod Angeli substantia non possit ei deservire, ut species, obicit primo. Quod se habet ut forma intelligibilis, comparari debet per modum actus ad potentiam: sed substantia Angeli non comparatur ad intellectum Angeli per modum actus, sed per modum subiecti, quod sapit potius rationem potentie: intellectus autem e contra ad substantiam suam comparatur, ut forma, & actus, nempe ut virtus ejus ad intelligendum: ergo &c.

Respondetur, dist. maj. per modum actus in esse naturali, nego maj. in esse intelligibili, conc. maj. & dist. eodem modo minori, nego consequ. Respondit est D. Th. q. 3. de veritat. art. 6. ad 2. dicens: Essentia Angeli quamvis non possit comparari ad intellectum ejus, ut actus ad potentiam in essendo; comparatur tamen ad ipsum ut actus ad potentiam in intelligendo; quia ad eum comparatur ut objectum, & forma specificans cognitionem. Eadem ratione, inquit ibi ad 6. Nihil prohibet, aliquid esse in altero, & illud in eo diverso modo, sicut totum in partibus, & a converso. Et similiter, essentia Angeli est in intellectu ejus, sicut intelligibile in intelligente; intellectus autem in essentia, sicut potentia in substantia: nimirum essentia Angeli est intellectus ejus tamquam forma ipsam perficiens ad intelligendum; intellectus vero est in essentia, ut a qua in essendo dependet.

XI. Obicit secundo. Intellectus Angeli non est actus purus, sed habens potentiam admixtam in ordine intelligendi; ergo non reducitur ad actum per seipsum, seu per suam essentiam, alias idem esset in potentia, & in actu.

XII. Confirmatur. D. Thomas 3. Contra Gentes cap. 51. docet, quod ex quo essentia divina sit suum esse, & sua veritas, alia vero intelligibilia substantia sit habentia esse, & veritatem, & non suum esse, & sua veritas: Essentia divina potest comparari ad intellectum creatum ut species intelligibilis, quia intelligit, quod non continet de essentia alioquin essentia substantia separata; ergo essentia Angeli habere nequit rationem forme intelligibilis respectu intellectus.

XIII. Respondetur, dist. anteced. habens potentiam ad actum essentialem, nego anteced. ad actum accidentialem, conced. anteced. Intellectus Angeli (inquit Divus Thom. loco relato ad 7.) non est in potentia respectu essentia ejus, sed respectu ejus: semper est in actu, respectu autem aliorum intelligibilium potest esse in potentia. Nec tamen sequitur, quod

quando intellectus est in potentia, per aliud agere reducitur in actum semper, sed solum, quando est in potentia essentialis, sicut aliquid antequam addiscat. Quando autem est in potentia accidentaliter, sicut habens habitum, dum non considerat, potest per seipsum extrinsecum: nisi dicitur, quod reducitur in actum per voluntatem, quæ movetur ad aliquid considerandum. Cum ergo intellectus Angeli sit in actu essentialiter ad intelligendum seipsum per suam essentiam, ad hoc ut seipsum actu intelligat, sufficit, ut velit.

XIV. Ad confirm. dist. consequ. respectu intellectus alieni, conced. consequ. respectu intellectus proprii, nego consequentiam. Mens ergo D. Thomæ in eo loco est, quod solentia Divina, quia est suum esse, & sua veritas, uniti potest ut forma, quæ quicumque intellectus creatus intelligat: non autem essentia alicujus substantiæ separata. Ex quo inferitur quidem, substantiam unius Angeli non posse uniti formam intelligibilem intellectui alterius Angeli, non vero intellectui proprio, cui intime adest.

XV. Obicit tertio. Anima humana est intellectui hominis maxime præsens: & tamen non intelligit seipsum per seipsum, sed per speciem; ergo similiter substantia Angeli.

Resp. negando maj. absolute: anima enim humana, dum est corpori conjuncta, non potest suo intellectui per suam substantiam fieri immediate præsens intelligibiliter. Cum enim intellectus conjunctus non intelligat, nisi per species creatas ex phantasmatibus, non potest animam nisi per illas intelligere. At cum anima absoluta erit a corpore, seipsum per seipsum intelliget: ex quo fit: quod cum Angeli substantia sit a corpore profluxu absoluta, sit immediate præsens angelico intellectui, ut eum per eam intelligat, non per speciem.

XVI. Obicit quarto. Nulla substantia creatâ potest immediate influere in actionem: unde superior dicebamus, potentiam proxime intellectivam Angeli esse ab ejus substantia distinctam; sed species immediate concurrat ad intellectionem; ergo substantia creatâ nequit gerere vires speciei.

Respondet, majorem esse veram de concursu, seu influxu per modum potentie, & virtutis potentie, non vero de concursu, & influxu per modum objecti, qualis est concursus, & influxus speciei: hic enim utpote sequens conditionem objecti; non subordinatur, nec est propter operationem, sed sibi operationem subordinat, & specificat; nec operatio est actio speciei, sed potentie.

XVII. Hinc exurgit alia responsio, quæ negari potest major. Cum enim species, seu objectum non concurrat ad intellectionem, nisi mediante potentia intellectiva, ad eam non immediate, sed mediate solum concurrat; & propterea in substantia Angeli pro actu præsentis distingui possunt duo respectus: unus ad potentiam, & hic est immediatus in genere cause, quæ formalis, seipsum immediate uniendo, eamque ad cognitionem sui faciendum. Alter ad actionem, & effluenter eam producendo; cumque ad hanc non influat, nisi mediante potentia, hæc respicit locum mediate.

XVIII. Dices. Elio substantia divini Verbi uniti potest humanæ nature ad subsistendum, non tamen ad operandum, nec proxime, nec radicaliter; ergo nec substantia angelica uniti potest intellectui angelico, ut principium intelligendi sive proximum, sive radicale.

Nego consequentiam, quæ aperte infatur. Nam substantia Angeli, cum sit ejus natura, esset radicale principium omnium operationum, quæ ab Angelo fiunt, etiam illi non uniretur ut species. Disparitas ergo est: quia substantia Divini Verbi non unitur humanitati, nec per modum nature, ut fiat operationes divinas, nec per modum speciei, ut videt Deum, sed ut sit in esse Personali Deus: unde nullum dicit respectum ad operationes humanitatis. At substantia Angeli est una parte est ipsius Angeli natura, ex alia est illi species seipsum exhibens, ut ab Angelo cognoscatur: quare ex utraque parte respicit Angeli operationes. Sicut enim divina essentia unita intellectui beato concurrat ad visionem Dei, sic substantia Angeli ad visionem sui.

S. IV.

Alia resolvuntur.

XIX. Quæres primo. An Angelus cognitione abstractiva cognoscens seipsum, utatur specie a sua substantia distincta? Scotus asserit, intelligens per cognitionem abstractivam eam, quæ cognosceret essentiam suam, non cognoscenda existentiam, aut suas proprietates, quæ verius præcisiva vocatur. Dico tamen, Angelum ita seipsum cognoscere, adhuc ut sui substantia ut specie, non secundum adæquatam representationem, sed inadæquatam tantum. Cum enim etiam in hac suppositione substantia Angeli esset intime præsens, & actu intelligibilis, si eam solum cognosceret, & non suam existentiam, & proprietates; adhuc ea ut specie uteretur secundum ejus inadæquatam representationem, non adæquatam. Sicut in sententia Scoti, si Beatus videret divinam essentiam, & non attributa, & relationes; adhuc eam videret per ipsam, ut per speciem, ea utens tamen non secundum adæquatam representationem, sed inadæquatam.

XX. Nec valet dicere, quod si Angelus superior potest cognoscere inferioriorem per ipsam speciem a sua substantia distinctam; multo magis id poterit Angelus inferior: suam substantiam cognoscens.

Nam respondet, disparem esse rationem. Etenim substantia Angeli inferioris non est per seipsum intime præsens, & unita intellectui Angeli superioris; unde tunc solum potest, quod

sed debet ei uniri per speciem sui: at ipsi Angelo inferiori sua substantia est semper intima presens, & intelligibiliter unita, unde seipsum semper ei representat, ac inuisibiliter saltem, & superius alia specie uretur. Ad hoc pariter nimirum probare: probat enim, quod sicut Angelus superior non potest per substantiam Angelus inferioris ipsum Angelum inferiorem cognoscere, sed necessario debet uniri specie ab ea distincta: ita Angelus inferior non potest seipsum per suam substantiam cognoscere, cujus oppositum Scotus admittit.

XXI. Dixi in suppositione, quod Angelus cognoscat suam essentiam, & non suam existentiam, ut proprietates, ut Scotus indulgens sim. Ceterum existimo, huiusmodi cognitionem præcisivam, seu abstractivam sui in Angelo non dari. Cum enim semper habeat substantiam suam sibi presentem, ac seipsum, ut est in se, representantem, censio, omnem cognitionem, quam Angelus habet de seipso, esse quiddam abstractivam, intuitivam sui, sicut est, & non abstractivam, seu præcisivam.

XXII. Ex dictis colligo primo. Unum Angelum per suam substantiam non posse cognoscere alios propria cognitione. Substantia enim unius Angeli non potest esse perfecta similitudo alterius; nec formalis, quia non continet formaliter eadem prædicta similia specificæ, & propria alterius Angeli; nec virtualis, seu eminentialis, qualiter essentia Divina continet prædicta creaturarum, cum unus Angelus non sit causa eorum, quæ in alio Angelo sunt: sed species serviens cognitioni propriae, & non confusa, debet continere, vel formaliter, vel eminentialiter prædicta objecta, quod representat; ergo &c. Hinc Div. Thom. qu. 8. de Verit. art. 7. sic dicitur: Cum omnis cognitio sit per assimilationem, Angelus per essentiam (suum) non potest plus de alio Angelo cognoscere, quam hoc, in quo essentia est similis. Unus autem Angelus alteri non assimilatur, nisi in natura communi, & sic sequetur quod unus alium non cognoscat cognitione completa.

XXIII. Colligo secundo. Unum Angelum non posse cognoscere alium per essentiam ipsius Angeli cogniti. Essentia enim unius Angeli non potest in ratione speciei immediate uniri intellectui alieno; hoc enim flos divina essentia convenire superius testigimus ex Divo Thoma 3. contra Genes. cap. 51.

XXIV. Quaeres secundo. An Angelus cognoscat Deum per suam essentiam tamquam per speciem?

Respondeo affirmative cum Div. Thom. 1. par. qu. 56. art. 3. ubi docet: quod aliquid simpliciter cognoscitur. Uno modo per præsentiam sui essentia in cognoscens, sicut si lux videatur in oculis. Et sic aliquid est, quod Angelus intelligit seipsum. Alio modo per præsentiam sui similitudinis in potentia cognoscitiva: sicut lapis videtur ab oculis, per hoc, quod similitudo eius respicitur in oculis. Tertio modo per hoc, quod similitudo rei cognita non accipitur immediate ab ipsa re cognita, sed a re aliqua, in qua respicitur, sicut videtur hominum in speculo. Postquam autem dixit, quod prima cognitio assimilatur divinae cognitioni, quæ per essentiam suam videtur: & hoc cognitio Dei non potest esse creatura aliena per sua naturalia: & quod tertie cognitioni assimilatur cognitio, quæ nos cognoscimus Deum in via per similitudinem eius in creaturis resultantem; unde & dicitur Deus videre in speculo, subdit: cognoscit autem, quia Angelus per suam naturam cognoscit Deum, media est inter hæc duas, & similiter illi cognitioni, quæ videtur rei per speciem ab eo acceptam. Quis enim imago Dei est in ipsa natura Angeli impressa, per suam essentiam Angelus Deum cognoscit, in quantum est similitudo Dei. Quibus docet etiam rationem pro hoc asserto. Si enim essentia Angeli est forma, & species respectu cognitionis sui, debet etiam esse respectu cognitionis eorum, quorum est similitudo; cum ergo essentia Angeli sit similitudo Dei, debet secundum intellectum ad cognitionem Dei, eo proportionali modo, quo divina essentia est ratio cognoscendi non solum seipsum, sed etiam creaturas: cum hæc tamen diversitate, quod ubi essentia divina seipsum representat primo & per se, creaturas autem secundario; essentia Angelus representat primo, & per se ipsam, secundario autem Deum; quia se habet ut speculum, in quo similitudo Dei ex ipso Deo resultat. Quare Div. Thom. ibi concludit, quod magis ista cognitio tenet se cum speculati, quia & ipsa natura angelica est quoddam speculum divinam similitudinem representans.

XXV. Hinc tamen verbi indicat videtur S. Thom. essentiam Angelus esse non tantum speciem, seu medium quæ ad cognoscendum Deum, sed etiam (& magis) medium quod, seu in quo; sicut speculum est medium, in quo similitudo hominis resultat, & cognoscitur. Unde sicut in essentia divina, ut in medio quod, & ut in causa cognoscuntur a priori creaturae: ita, proportione servata, in essentia Angeli, ut in intellectu relicto, quæ sunt similitudo objecti, sed vel ab habitu, vel a determinatione aliqua ex notitia intuitiva in intellectu relicto. Vaguetur vero, quia confusit, quod ratio Div. Thomæ infirma sit: verius tamen dixerit, quod eius vim non intellexit, ut ostendimus.

XXVI. Neque officit, quod magis dicitur essentia Angeli a Deo, quam essentia unius Angeli ab essentia alterius, ideoque si essentia unius Angeli non potest esse medium ad cognoscendum alium Angelum; minus poterit esse ad cognoscendum Deum;

Nam dicam, essentiam Angelus magis quidem distare a Deo, quam ab alio Angelo distantia entitatis, non tamen distantia medi, & ordinis: Nam essentia Angeli, utpote effectus, & similitudo participata Dei, dicit ordinem ad ipsum, sicut effectus ad causam, & sicut similitudo impressi in speculo ad suum exemplar, essentia vero unius Angeli hunc ordinem non dicit ad essentiam alterius, ut de se patet.

XXVII. Ex quibus inferat, cognitionem naturalem, quam quilibet Angelus per suam essentiam habet de Deo, esse in quolibet diversam specie, sicut in quolibet essentia, quæ est

objectum primum, & medium, diversa specie est. In quo dicitur beatitudo naturalis Angeli a supernaturali. Hæc enim cum habeat in omnibus idem objectum primum, & idem formale medium, eisdem speciei est in omnibus; at illa ob rationem oppositam, diversæ speciei est in singulis.

XXVIII. Quaeres tertio. An habitus supernaturales, qui sunt in intellectu, nempe fides, & lumen gloriæ, cum per inhaerentiam sint intime conjuncti cum intellectu Angeli, & alius sint per se intelligibiles, & actu immateriales, possint eis deservire loco speciei?

Respondendo negative. Nam cum Angelus non cognoscat proprietates per species proprias, sed per speciem naturæ, cuius sunt proprietates; & fides & lumen gloriæ, alique habitus supernaturales sint proprietates gloriæ, quæ in hoc ordine se habet ut natura: sequitur, quod præfatos habitus cognoscat per speciem, quæ cognoscat gratiam. Ad cognoscendum autem gratiam indiget Angelus specie distincta; neque ipsa essentia gratiæ potest uniri, ut species intellectui Angelico ad cognoscendum seipsum. Nam Angelus cognoscat gratiam, non solum prout eam habet in se, sed prout est communis, & existit in aliis: per gratiam autem quam unus Angelus habet in se, non potest gratiam cognoscere, quæ est in aliis: tum quia distincta est, tum quia in aliis potest esse magis, vel minus perfecta, quam ea, quam habet in se: neque eam potest cognoscere per gratiam, quæ est in aliis, sicut enim sibi non est unita, quod requiritur ad rationem speciei; ergo species superaddita indiget ad cognoscendum gratiam, & alia dicitur.

XXIX. Quaeres quarto. An substantia Angeli, sicut servit loco speciei impressæ ad cognitionem sui; ita etiam gerat vires speciei expressæ veri Verbi?

Resp. Negative. Nam licet essentia Angeli propter suam immaterialitatem sit secundum se actu intelligibilis, atque, ut sic, præfens intellectui, non tamen est secundum se actu intellecta, neque hæc ratione ei intime præfens: hoc enim solius essentia, quæ sit actus purus, proprium est. Oportet ergo, ut in ratione actualiter intellecta fiat ei præfens per sui imaginem intra intellectum productam, ut enim docet Div. Thom. 1. par. qu. 27. art. 1. Quicunque intelligit, ex hoc ipso, quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ, ex vi intellectus procedens, & ex ejus natura procedens. Porro hoc in Angelis contingere docuit 4. contra Genes. cap. 11. ubi gradus vite intellectivæ distinguens, humane, & angelicæ, ait quod licet intellectus humanus seipsum cognoscere possit, tamen primum sui cognitionis initium ab exterioribus sumit, nempe, ex phantasmatis; angelicus vero intellectus ad sui cognitionem non procedit ex aliquo exteriori: sed per se cognoscit seipsum, non tamen intus ad ultimam perfectionem quæ ipsorum pertinet; & quia licet intus in intellectu sit eis omnino inserviens, non tamen ipsa intus intellecta est eorum substantia, quia non est idem in eis intellectus, & esse se. Quod autem intendat nomine inventionis intellectæ, exponit subdens: Dico autem inventionem intellectam id, quod in intellectu in seipso concipit de re intellecta. Quæ quidem in nobis, neque est ipsa res, quæ intelligitur, neque est ipsa substantia intellectæ: sed est quædam similitudo concepta ab intellectu de re intellecta, quæ vocatur exterior significatur: unde & ipsa inventio Verbum interius nominamus. Et concludit, quod in solo Deo Verbum sit ejus substantia.

D U B I U M III

An ad cognoscendum alia a se indigeat Angelus speciebus; an vero ea per suam substantiam cognoscat?

S. I.

Referuntur opiniones.

I. Angelum per suam substantiam omnia intelligere sententia. Runt inter ceteros Durandus in 2. dist. 3. qu. 6. nu. 17. & Gabriel, Ocham &c. quibus ad hæc Vaguetur hic dist. 220. cap. 1. alia tamen motus ratione. Durandus enim id sentit; quia existimavit, nullam speciem posse specificè identificari cum substantia Angeli, quam identitatem putat ad perfectam representationem requiri, Gabriel vero qui putat, ad cognitionem sufficere objectum ad extra propositum; & potentiam. Sed quia sæpe contingit intelligi objectum, quod non est præfens, ut in cognitione abstractiva: ideo addidit (& cum eo Ocham, & alii) illam abstractivam cognitionem fieri, non a specie, quæ sit similitudo objecti, sed vel ab habitu, vel a determinatione aliqua ex notitia intuitiva in intellectu relicto. Vaguetur vero, quia confusit, quod ratio Div. Thomæ infirma sit: verius tamen dixerit, quod eius vim non intellexit, ut ostendimus.

Avverroes autem referent Div. Thom. quest. 8. de Veritat. art. 7. dicit: Quod in substantia separata a materia non differat forma, quæ est in intellectu, a forma, quæ est extra intellectum. Quod enim apud nos forma domus, quæ est in mente architecti, sit aliud a forma domus, quæ est extra, procedit ex hoc quod forma exterior est in materia, forma autem artis est sine materia: & secundum hoc cum Angeli sint substantia, & forma immateriales.... videtur sequi quod forma, quæ unus Angelus intelligitur ab alio, sit idem quod essentia ejus, quæ in se subsistit. Sed his non obstantibus,

S. II.

Sententia Div. Thomæ præferitur.

II. Deo. Angelus intelligit alia a se per species superadditas, non vero per suam substantiam. Speciem aliam requiri ad cognoscendum. Dub. præd. §. 1. adnotavimus. Neque enim hoc a nobis est hic probandum; sed ex libris de anima supponendum. Cum enim, August. tertia lib. 9. de Trin. cap. 12. notitia, ad differentiam amoris, se habeat ad modum eisdem conceptionis, & parus: Ab utroque enim notitia patitur, a cognoscens, & cognitus, oportet, ut, sicut ad partum, seu conceptionem naturalem, duo, scilicet mas, & femina, conjugantur; ita, & ad conceptum, & partum intentionalem duo, nimirum cognitum, & cognoscens conjugantur, cognitumque sitat se intra potentiam, eam ad sui cognitionem fovendam. Vel ergo conjugantur potentie per seipsum, vel per sui similitudinem; & sic semper requiritur, vel species, vel cognitum ipsum faciens per se, quod faceret per speciem sui.

III. Probatur assertum primo, quod unus Angelus non possit cognoscere alium, nec per substantiam Angeli cognoscens, nec per substantiam Angeli cogniti. Non per substantiam cognoscens: non enim hæc potest substantiam alterius Angeli perfecte, ac distinctè representare sine ratione similitudinis, & convenientiæ cum ipsa; quia est similitudo sit in gradu generico, dissimilis tamen est illi in gradu specifico, & individuali; unde sicut substantia equi non potest representare perfecte substantiam leonis, & substantia unius hominis substantiam alterius, sed solum imperfecte, confusa, & sub ratione communi animalis, & hominis: ita substantia unius Angeli solum potest representare substantiam alterius sub ratione communi spiritus. Nec etiam potest substantiam alterius representare ratione contentivæ, eo modo; quo essentia divina representat creaturas; quia substantia unius Angeli non est causa substantiæ alterius. Unde Div. Thom. qu. 8. de Verit. art. 7. Quamvis enim (inquit) in una specie non sit nisi unus Angelus, tamen in Angelo aliquis species aliud erit, quod est convenientiæ ratione sua speciei, & aliud quod est convenientiæ in quantum est quoddam individuum, & operacionis particularis ipsius: & hæc secundum modum prædictum alio modo de eo alius Angelus cognoscere potest.

IV. Confirmatur. Duo sunt genera entium. Alia, quæ primo, & per se sunt instituta ut sint, alia instituta, ut representent, qualia sunt imagines, & species. Ely autem hæc posteriora perfecte alia representent, si sint formalis, & perfecta similitudo illorum, quia in illis ratio representandi est similitudo; entia tamen prioris generis alia representant non possunt, nisi ea eminenter continent per modum cause; sed essentia Angeli non est per se instituta, ut alium Angelum representet, sed ut a solo Deo fiat per creationem; ergo quantumcumque unita, penetrata, & comprehensa, non poterit alium Angelum distinctè representare.

V. Nec etiam unus Angelus poterit alium cognoscere per substantiam Angeli cogniti unitam cognoscenti per modum speciei. Primo. Quia nulla substantia creata potest uniri per modum forme intelligibilis intellectui alieno, ut docet Div. Thom. 3. contra Genes. cap. 51. sicut nec ulla substantia creata nature aliene: hoc enim flos essentia; ac substantia divine privilegium incommunicabile est.

Tum, ut docet Div. Thom. laudata qu. 8. de Verit. art. 7. Nam Angelus cognoscens, vel esset superior, vel inferior. Si superior: dum per essentiam Angeli inferioris Angelum inferiorem cognoscere, iam essentia Angeli inferioris cognosceret, iam essentia Angeli inferioris esse forma, & perfectio intellectus Angeli superioris, & prout eam nobilior. Si vero Angelus cognoscens esset inferior, oporteret, quod essentia Angeli superioris menti Angeli inferioris illabatur: forma enim, quæ intellectus intelligit, esset quod sit intra intelligentem in actu; quod quidem de solo Deo, qui mentis creatur Conditor est, & Conservator, & qui flos mentibus angelicis, & humanis illabitur, dici potest. Relinquitur ergo quod Angelus alium non cognoscat per substantiam suæ cognoscentis, sive Angeli cogniti, sed per species ab utraque distinctas.

VI. Multo minori ratione poterit Angelus per suam substantiam corporalem, & materialia cognoscere. Hoc ostendit S. Thom. 1. par. qu. 55. art. 1. hoc dicitur. Ut intellectus Angeli possit per suam substantiam omnia alia a se perfecte cognoscere, deberet per eam perfecte se complecti, ut sub ea continentur omnia, ad quæ potest se extendere: sed sub substantia Angeli non continentur omnia alia, ad quæ intellectus Angeli potest se extendere; ergo &c. Majorem explicat Div. Thomas sic. Quia illud, quod intellectus intelligit, comparatur ad intellectum intelligentem, ut forma ejus (forma enim est, quod agens agit.) oportet, ut potentia perfecte compleatur per formam: & quod sub ea continentur omnia, ad quæ potentia se extendit. Quia enim in rebus corruptibilibus forma non perfecte complectitur potentiam materiam, nam potentia materiam ad plura se extendit, quam sit contentiva forme hujus, vel illius; ideo hæc, vel illa forma non potest esse principium quo omnium, ad quæ se extendere potest materia. Min. vero prob. Nam potentia intellectiva Angeli se extendit ad omnia, quia objectum intellectus est ens, seu verum commune: ipsa autem essentia Angeli non comprehendit in se omnia, cum sit essentia determinata ad genus, & ad speciem. Hoc enim solius essentia divine proprium est, ut in se omnia simpliciter perfecte continet, quia infinita est.

VII. Secundo prob. ratione eisdem S. Doct. qu. 8. de Verit. a. 8. Ut substantia Angeli esset forma, quæ cognosceret res materiales, deberet inter illas, & illam dari similitudo, quia cognitio sit per assimilationem; similitudo autem attenditur secundum convenientiam in forma: atqui inter substantiam Angeli, & res materiales hæc similitudo non datur: ergo &c. Min. prob. impossibile est, quod aliqua duo sint invicem similia, nisi vel quia unum est eorum aliud, vel quia ambo ab una causa causentur, quæ eisdem formam utrique imprimit: sed Angeli non sunt similes rebus materialibus: quia sint causa eis dans esse: non enim ponimus (ut Philosophi posuerunt) quod Angeli sint causa materialium rerum, sed Deum creatorem omnium visibilium, & invisibilium; ergo rellat quod Angeli sint rebus materialibus similes, quia similitudinem habent sibi ab alio impressam, qui sit rerum materialium causa: ac omne id, quod aliquid habet non a seipso, sed ab alio, est ei præter essentiam suam; ergo similitudines materialium rerum inferunt Angelo præter essentiam suam; ergo per essentiam suam eas non cognoscit, sed per formas, seu species apud se existentes.

S. II.

Contrariis respondetur.

VIII. Primo oppones, unum Angelum alium intelligere posse, se absque specie superaddita. Tunc enim illa superfluit, quando objectum, cui cognoscendum est intellectus applicatur, est per se actu intelligibile, quia immateriale, & præfens cognoscenti: sed Angelus cognitus est immaterialis, & potest esse præfens & inditans Angelo cognoscenti ergo &c.

Urgetur primo. Non magis actualis est species accidentalis, quam ponimus, quam sit Angeli cogniti essentia; ergo si species illa potest esse forma intelligibilis, cur non ipsa Angeli substantia? Maxime quia species solum requiritur, ut supplet defectum objecti.

Urgetur secundo. Magis distat ab intellectu Angeli essentia Dei, quam essentia alterius Angeli: sed illa ut diximus in Tract. de Visione, uniri potest ut forma intellectui angelico; ergo & alterius Angeli essentia.

Urgetur tertio. Nam S. Aug. lib. 9. de Trin. c. 3. Mens (inquit) ipsa sicut corporum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic incorporatur per similitudinem.

IX. Respondetur, disting. maj. & præfens presentia intentionali, come. maj. presentia physica sola, nego maj. & neg. min. intellectum de presentia, tum physica, quam intentionali, & confusa, intelligibile enim (ait D. Thom. 2. cont. Genes. cap. 98.) est intra intellectum quantum ad id, quod intelligitur: nulla autem substantia illabitur menti, nisi solus Deus, qui est in omnibus per essentiam, presentiam, & potentiam. Impossibile igitur videtur, quod substantia separata per essentiam suam intelligatur ab alio, & non per similitudinem ejus in ipsa... Unde substantia separata quantum ad se per se intelligibilis actu, non tamen secundum se intelligitur, nisi ab intellectu, cui est unum: sic autem substantia separata seipsum intelligit per essentiam suam. Hæc D. Th. quæ clara sunt.

X. Ad id, quod primo urgetur, dico, quod omisso, an species sit, vel non sit magis actualis, quam substantia Angeli quam representat: est tamen ratio defersus substantiam Angeli, eamque faciens unum cum intellectu, & est actu intelligibilis non solum, ut quod, sed etiam ut quæ proxime, & ad hunc defectum suppleendum requiritur. Hinc.

XI. Ad id, quod secundo urgetur respondeo, essentiam divinam magis quidem distare ab intellectu unius Angeli, quam essentia alterius, distantia in ratione entitatis, non distantia in ratione perfectivi, & perfectibilis: cum enim sit in ratione intelligibilis actus durissimus, potest in quocumque intellectum per seipsum illabi, eique intime præfens fieri, & intentionaliter illum perficere, quod respectu intellectus alieni nulla essentia creata potest convenire.

XII. Ad id, quod tertio urgetur, respondeo S. Augustinum, vel loqui de mente in ordine ad cognitionem sui; unde statim subiungit: ergo & similitudinem per se seipsum novit, quantum est incorporea. Ita respondet etiam S. Thom. qu. 8. de Verit. a. 7. ad 4. Vel alio modo; ita ut verba Augustini referantur ad objectum cognitionis, non ad formam quæ cognoscitur. Nam objectum sensus, & imaginationis sunt exteriora accidentia, quæ sunt similitudines rei, & non rei ipsa; sed objectum intellectus est quicquid est, id est ipsa essentia rei. Unde concludit: Et sic similitudo, quæ est in intellectu, est similitudo directæ essentia ejus, similitudo autem, quæ est in sensu, vel imaginatione, est similitudo accidentium ejus. Hæc D. Thom.

XIII. Secundo oppones. Ut substantia unius Angeli uniat intentionaliter intellectui alterius, vel non requiritur illapsus in illum; vel si requiritur, non est Angelo impossibilis; ergo &c. Probatur prima pars. Primo. Nam species accidentalis unius Angeli uniat intellectui alterius sine illapsu. Secundo. Unio per modum forme intelligibilis, cum sit præfens ad intelligendum, debet esse pure intentionalis; ergo non petit illapsum; maxime quia nec essentia divina dum uniat per modum speciei, uniat menti Beati per verum illapsum. Secunda pars probatur, tum ex illo Joan. 13. vers. 27 ubi dicitur de Judæ: Et post hæc illuc introiit in eum Sathanas. Secundo. Angelus animam separatam localiter movet, unde Lucæ 16. v. 22. dicitur de anima Lazari: Sathanus est, ut portaretur ab Angelis in suam Abraham: ergo aliquid in ea operabantur; ergo per illapsum. Quod confirmat Div. Thom. Quilibet.

Qualit. 2. art. 13. ubi ex D. August. 21. de Civit. Dei cap. 6. ait: Quod Dæmones per necromantiam potestate superiorum Dæmonum alligantur aliquibus imaginibus, vel aliquibus aliis rebus; ergo Angelus superior potest illabi essentia Angel inferioris. Tandem Angelus superior illuminat inferiorem; ergo menti eius illabatur.

XIV. Respondetur, negande antecedens pro utraque parte. Ad primam probat. primæ partis disparitas est: quia ad unionem speciei accidentalis satis est, ut precedat unio per inhaerentiam, quæ non est in essentia, sed quasi circumstantiam eam. Sed substantia unius Angeli cum non possit per inhaerentiam, aut informationem, uniri mentaliter, non refert alius modus, quo possit ei uniri, nisi per illam ipsam; vel saltem quod hæc unio debeat precedere, ut in ea possit producere cognitionem. Quamvis enim unio per modum formæ intelligibilis formaliter sit per intentionalis; hæc tamen necessario supponere debet aliam unionem in esse entitativo; quæ sit, vel per inhaerentiam, vel per informationem, vel demum per ipsum illam ipsam, quæ etiam supponitur in essentia divina, ad hoc ut unjatur in ratione speciei. Quare D. Thomas supra laudatus 2. Cont. Gent. c. 98. Intelligibile (inquit) est intra intellectum quantum ad id quod intelligitur; nulla autem substantia illabatur menti nisi solus Deus. Et per hoc patet responsio ad secundum.

XV. Hoc idem docuerat S. Bernardus tum lib. 5. de Considerat. cap. 5. ubi ponens differentiam inter operationem Dei, & angelicam potestatum in nobis: Facimus (inquit) & illa, sed in comparatione ejus non facimus... Adsumus Angelus, & Archangeli: sed illo germanior nobis, qui non modo adest, sed inest. Quod si dicit, posse inesse & Angelum, non inest. Memini scriptum: & Angelus, qui loquebatur in me. Atqui differentia est in hoc, inest Angelus suggerens bona, non ingens: inest horrens ad vitium, non bonum creans. Deus sic inest, ut afficiat, ut infundat, vel potius, ut infundatur, & participetur; ita ut unum perinde cum nostro spiritum esse dicere quis non timeat... Angelus ergo cum anima, Deus in anima. Deinde concludit, Deum esse, & operari in anima, sicut anima est, & operari in corpore, quæ videtur in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus gustat &c. Dum fermon 5. in Cantica dicens: inest intellectum divinum, & humanum, quod res alias cognoscit per formas essentia superadditas, in quo desinit ad intellectum divinum: sic autem cognoscit per essentiam, in quo desinit intellectum humanum.

XX. Respondetur, diff. min. qui &c. cognoscit causam adequatam, cognoscit; ergo &c. dem. min. causam inadequatam, nego min. sicut ergo, qui comprehensivè cognoscit materiam, non cognoscit distinctè omnia, quæ possunt ex illa fieri, sed ad summum confusa; quia materia non est causa adequata compositi, cum ulterius requiratur forma determinans materiam ad talem speciem: ita Angelus comprehensivè cognoscens suam potentiam intellectivam, non cognoscet distinctè omnia cognoscibilia; a quibus causa adequata cognitionem distinctè non est sola potentia intellectiva, nisi ei superveniant species eam determinantes ad talis objecti cognitionem. Unde D. Thomas hac 1. p. q. 55. art. 1. ad 3. dicitur (inquit) quod ea quæ sunt infra Angelum, & eaque sunt supra ipsum, sunt quodammodo in substantia ejus; non quidem perfecte, neque secundum propriam rationem, cum Angelus essentia finita existens, secundum propriam rationem ab aliis distingatur, sed secundum quandam rationem communem. In essentia autem Dei sunt omnia perfecte, & secundum propriam rationem, sicut in prima, & universali virtute operationis, a qua procedit quicquid est in quacunque re proprio, vel commune. Et ideo Deus per essentiam suam habet propriam cognitionem de rebus omnibus, non autem Angelus, sed solum communem.

XXI. Sed dices, Res materiales melius cognoscuntur in essentia divina, quam in propriis naturis: sed essentia Angeli propinquior est essentia divina, quam res materiales; ergo cum eas nos cognoscamus in propriis naturis, melius eas cognoscet Angelus in propria essentia.

Confirmabis. Intellectus angelicus medius est inter divinum, & humanum: sed intellectus divinus omnia cognoscit per essentiam suam, humanus autem omnia per species; ergo angelicus ad minus aliqua cognoscet per essentiam suam.

XXII. Respondetur cum D. Th. q. 8. de Veritat. art. 8. ad 2. Quod essentia divina est infinita, unde non determinatur ad aliquod genus, sed colligit in se perfectiones omnium generum... essentia autem Angeli est determinata ad aliquod genus: unde non habet in se, unde sit similitudo materialium omnium, nisi, et aliud superaddatur, quo res in propria natura cognoscatur.

Ad conf. respond. cum eodem ibi ad 16. quod intellectus Angeli quantum ad hoc medius est inter intellectum divinum, & humanum, quod res alias cognoscit per formas essentia superadditas, in quo desinit ad intellectum divinum: sic autem cognoscit per essentiam, in quo desinit intellectum humanum.

D I A L O G U S IV.

An species, quibus Angelus cognoscit alia a se, sint illi a Deo infusus; an a rebus ipsa accepta?

S. I.

Opiniones recensentur.

I. Oportet universaliter circa omnia objecta nedum materialia, & sensibilia, sed & immaterialia, naturalia tamen: supponimus enim, ad cognoscenda supernaturalia, & mysteria gratiæ uti Angelum speciebus a Deo infusus.

II. In hac questione Scotum habemus contrarium, & plures Scholam. Ego enim non neget Angelus fuisse infusus aliquas species, maxime ab initio sui conditionis; sic etiam Esch. 28. vers. 12. dicitur: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore. Et v. 15. perfectus in virtute tua a die conditionis tue, donec inventa est iniquitas in te. (Hanc autem cognitionis perfectionem habere non potuit per species acquisite, cum in tam brevi mora, qualis fuit inter Angelorum conditionem, & aliquorum peccatum, non poterit applicari omnibus objectis ad hauriendum ex illis cognitionem). Attamen circa ea, quæ ab initio nota eis non fuerunt, & decursu temporis evenerunt, & adhuc eveniunt, ab ipsis species acquirere autumat. Immo si per accidens ab initio eis species aliquorum non fuissent infuse, potuissent eas ab ipsis rebus, dum præterites sunt, acquirere ad habendam de eis notitiam intuitivam; & proinde in eis ponendum esse Intellectum agentem, qui sit virtus talium specierum acquisitiva.

III. Ab opposito autem S. Thomas, ejusque Discipuli cum majori Theologorum parte negant, Angelos accipere species a rebus, sed afferunt, omnia per species a Deo Conditor immediate infusus, sive supernaturalia, sive naturalia, sive immaterialia, sive materialia cognoscere. Ita S. D. hac 1. p. q. 55. art. 2. q. 8. de verit. art. 9. 2. Cant. Gen. c. 96. & in 2. dist. 3. q. 2. art. 1.

S. II.

Resolvitur de rebus materialibus.

IV. Dico primo. Angelus de facto non intelligit per species, quas a rebus sensibilibus acquirat. Probat per primo ex superior alato testimonio Ezechielis, ubi Angelus dicitur plenus sapientia, & perfectus decore a die conditionis sui. Quod si plenus fuit sapientia, & perfectus decore; ergo nihil illi desuit ad rerum cognitionem, non in universalium tantum, & confusa, sed in particulari, & distincte; non solum quoad supernaturalia, sed etiam quoad naturalia. Sicut enim Angelus non ut homo acquirat successive perfectionem in esse, ita nec eam acquirere debet in cognitione. Immo si Deus homo-

minem ab initio condidit perfectum tam anima, quam corpore; multo verius de Angelo id dicendum videtur.

V. Hoc idem roboratur auctoritate D. August. lib. 2. de Genes. ad lit. cap. 8. ubi docet, quod Conditor tali primum erat in Verbo Dei secundum genitum sapientiam; deinde factus est in creatura spirituali, hoc est in cognitione Angelorum secundum creatam in illis sapientiam; atqui non poterat sapientia in Angelis creari absque speciebus; ergo in Angelis fuerunt creatæ rerum species, & ideo, quæ in Verbo genitæ fuerant: sed species, seu sapientia in Verbo genita, non fuit rerum in universalibus, sed in particularibus; ergo species, seu sapientia creata in Angelis, non fuit rerum in universalibus, sed in particularibus, non confusa, sed distincta.

VI. Dico secundo. Non potest Angelus propter perfectionem suæ naturæ acquirere species a rebus materialibus, sed ex natura sua petit illas habere infusus a Deo; & sic caret intellectu agente, sed principio acquisitivo specierum a rebus materialibus.

Probat per primo. Angelus magis excedat corpora: omnia quam corpora superiora excedat inferiora: sed corpora superiora propter sui nobilitatem non recipiunt aliquam impressionem a corporibus inferioribus; ergo multo minus intellectus angelicus aliquas formas a corporibus rebus accipiat, quibus intelligunt. Ita arguit D. Thomas q. de Verit. a. 9. in argum. sed contra.

VII. Confirmat hanc rationem hac 1. p. q. 74. a. 2. sic. Talis debet status distinctio, & ordo inter substantias spirituales, qualis est inter corporales: sed inter substantias corporales hæc est distinctio, & is est ordo, ut superiores, quales sunt Cæli, habeant potentiam in sui natura totaliter perfectam per formam; ita ut ab initio nihil eis desit virtutis ad suas operationes excedendas: inferiores vero, quales sunt sublunares, habeant materiam non totaliter perfectam per formam, sed accipiant nunc unam, nunc aliam formam ab aliquo agente; ergo similiter inter substantias spirituales, ea quæ inferior est, scilicet anima humana, non habeat potentiam intellectivam statim totaliter completam; sed complebitur successive per hoc, quod accipiat formas intelligibiles rebus: substantiæ vero spirituales superiores, quales sunt Angeli, habebunt potentiam intellectivam naturaliter completam per formas, seu species intelligibiles omnium rerum, quas possunt intelligere.

VIII. Probat per secundo ratione ejusdem S. Doct. citato loco. Angelus est omnino absolutus a corpore in esse, cum sit substantia immaterialis per se subsistens, ita ut nec unjatur, nec uniri possit corpori per medium formæ; ergo neque a corpore accipere potest suam formam intelligibilem. Conf. prob. Tum quia modus acquirendi perfectionem est iuxta modum essendi. Tum quia ideo anima humana acquirat suam perfectionem intelligibilem a corporibus, quia habet esse affine corpori in quantum est corporis forma. Et ideo ex ipso modo essendi competit ei, ut a corporibus, & per corpora, suam perfectionem intelligibilem consequatur, aliquam infra corpori univertus; ergo ab opposito, quia Angeli sunt in esse profus absoluti a corporibus; ex ipso modo essendi competit eis &c. Et ideo suam intelligibilem perfectionem consequantur per intelligibilem essentiam, quo a Deo species rerum cognoscuntur acceptas simul cum intellectuali natura. Unde August. dicit lib. 2. de Genes. ad litter. cap. 8. quod cetera quæ infra Angelos sunt; ita causantur, ut fiant in cognitione rationalis creatura: ac deinde in genere suo. Ita S. Thomas.

IX. Respondetur Scotum cum Scoto, hinc inferri solum, quod Angelus non possit accipere species a rebus materialibus ministerio sensuum, sicut eis accipit anima humana conjuncta corpori; non vero, quod eas non accipiat immediate ab ipsis materialibus objectis beneficio intellectus agentis, qui in Angelo ponendus est.

X. Sed contra primo. Nam vel intellectus Angeli sumit suas species ab objectis jam cognitis per alias potentias cognoscetes præter intellectum; vel non, sed eas immediate haurit ab ipsis objectis. Si primum; ergo jam supponitur in Angelo cognitio sensitiva; quia objectum non præsupponitur cognitum ante cognitionem intellectivam, nisi per sensum, ut in nobis contingit. Si vero secundum, ergo objectum materiale immediate agit, & movet intellectum Angeli, qui est potentia spiritalis, quod repugnat, si enim objectum materiale non potest immediate movere intellectum humanum; multo minus movere poterit intellectum angelum.

XI. Si dicas, species illas per intellectum agentem Angeli purificari, & spiritualizari; sicque intellectui presentari, ut per eas cognoscatur.

Inho sic. Ergo species illæ sic purificate erunt sicut species nostri intellectus representantes res deputatas a conditionibus materialibus, & individualibus; ergo non representantur directe ipsa singularia, sed parient in Angelo cognitionem solum in communem, & valde confusam. Cum enim Angelus caret sensibus, & phantasmatibus, ad rebus se convertens intellectus noster, indirectè saltem, & rebus cognoscit singularia, sequeatur, quod Angelus nullo modo ea cognoscere; sicut nec species illa ab eis separata nullo modo ea representant: & sic deterioris conditionis esset quoad singularia materialia cognitio Angeli, quam nostra.

XII. Inho secundo. Objectum materiale, vel concurrens ad formandam speciem intelligibilem in intellectu Angeli, ut causa instrumentalis, eo modo, quo in nobis concurret phantasma vel per modum cause principalis. Non primum; alias non sibi assimilaret cognitionem, cum effectus non assimilaretur cause instrumentalis. Non secundum, quia objectum materiale nequit immediate, sed solum medio phantasmate ipsum

quodammodo elevante, concurrens ad formandam speciem intelligibilem in nobis; multo minus id poterit ad formandam speciem intelligibilem in Angelo, quæ magis spiritalis esse debet.

XIII. Inho tertio. Intellectus Angelicus pure spiritalis, & objectum pure materiale nequeunt invicem intelligibiliter uniri, nisi aliquo medio proportionante: non enim sic transitus ab extremo ad extremum, nisi per medium; atqui medium proportionans objectum pure materiale, ut possit uniri cum intellectu, est imaginatio, seu species in phantasia, quæ est in forma sine materia cum conditionibus tamen materia; ergo vel in Angelo ponenda est imaginatio, & consequenter corpus: vel si non: poterit in eo formari species intelligibilis accepta a rebus materialibus. Ita S. Th. hac 1. p. q. 55. a. 2. ad 2. & 2. de Verit. a. 9. ubi sic concludit: Et ideo dicendum videtur secundum quod tertia opinio dicit, quæ communior est, & verior, quod Angeli per formas innatas cognoscunt. Sicut enim ex rationibus æternis in mente divina existentibus procedunt formas materiales ad rerum substantias; ita procedunt a Deo formas rerum omnium in mentes Angelicas ad rerum cognitionem, ut sic intellectus Angeli nostrum intellectum excedat, sicut res formata excedit materiam informem. Unde intellectus noster comparatur tabula, in qua nihil est scriptum; intellectus autem Angeli tabula, descripta, vel speculo, in quo rerum rationes resplendent.

S. III.

Corollaria ex dictis.

XIV. Ex his infero primo cum D. Th. 1. contra Gen. c. 96. quod in substantiis separatis non est intellectus agens, & possibilis, nisi forte equivocè. Intellectus enim possibilis, & agens in anima intellectivam invenitur, propter hoc, quod accipit cognitionem intellectivam a sensibilibus. Nam intellectus agens est, qui facit species a sensibilibus acceptas esse intelligibiles; intellectus autem possibilis est in potentia ad omnes formas sensibilibus cognoscendas. Cum igitur substantia separata non accipiat cognitionem a sensibilibus, non est in eis intellectus agens, & possibilis. Ita S. Thomas.

XV. Sed dicit Scotus. Potentia activa, quæ abque imperfectione tribuit naturæ inferiori; non est deneganda superiori: sed intellectus agens tribuitur hominibus, qui sunt Angelis inferiores; ergo multo magis &c. Quod confirmat. Natura enim nobilissima debet in se habere eas virtutes, quibus suam affeque possit perfectionem: sed rerum cognitio, quæ est Angeli perfectio, solius intellectus agentis beneficio comparari potest, ergo &c.

XVI. Retorquetur potest infantia. Si enim omnis virtus, quæ abque imperfectione tribuitur naturæ inferiori non est neganda naturæ superiori, & huiusmodi est intellectus agens; ergo etiam in Deo, in quo omnis perfectio, quæ in inferioribus sine imperfectione reperitur, poni debet, aderit intellectus agens, quod Scotus non admittit.

XVII. Respondent ergo Noltrates, & bene; maj. esse veram de perfectione simpliciter simplici, quæ nullam involvit, nec supponit imperfectionem, secus de perfectione solum in tali determinato genere, qualis est intellectus agens. Hic enim, sicut discursus, perfectio quidem est supra bruta; quia facit hominem intelligere, & non solum sentire, sicut bruta, quæ non intelligunt, sicut nec discuntur: cæterum sicut discursus perfectio est imperfectionem supponens, ita & species per intellectum agentem acquirere; supponit enim intellectum esse spoliatum omni forma intelligibili, & potentias ad illas. Quod repugnat naturæ substantiæ separatae, quæ petit statim esse perfectam omnibus speciebus, sicut & in principio cognoscere conclusionem: ideo fit in Angelis major perfectio est carere discursu, ita & carere virtute formativa & acquisitiva specierum ad intelligendum.

XVIII. Ad confirmat. nego maj. habere enim virtutes, quibus possit natura suam affeque perfectionem, supponit eam; suam perfectionem non habere, sed etiam in potentia ad illam; perfectus est autem suam perfectionem statim habere, quam posse illam sibi acquirere. Sic perfectus est habere perpetuam in esse, quam media virtute generativa illam successive acquirere; ideoque esto vis generativa sit in homine, in Angelo tamen non est.

XIX. Replicabis. Perfectus est habere perfectionem propriis viribus acquisite, quam illam habere ab alio acceptam; & hac ratione in Christo ponitur scientia acquisita. Immo quamvis haberet scientiam infusam, adhuc tamen in eo fuit, & scientia acquisita, & intellectus agens; quod posset ab objectis species accipere; ergo similiter, etiam Angelis ab initio fuerint indite species; adhuc tamen locus est, ut in eis ponatur intellectus agens.

XX. Respondetur, perfectus forte esse acquirere perfectionem propriis viribus, quam illam habere ab alio, si cætera sint paria; non tamen si perfectio, quæ habetur ab alio, sit longe major quam ea, quæ propriis viribus acquiritur; perfectus homo possidet beatitudinem, quam bruta, et homo virtus gratiæ, bruta autem virtus, quam bruta, et homo virtus; quia beatitudo hominis longe altior est, ut docet D. Thom. 1. a. quæst. 5. art. 2. ad 2. sicut melius est dispartum ad sanitatem, qui perit consequi perfectam sanitatem, licet hoc sit per auxilium medicum, quam qui perit consequi imperfectam sanitatem sine medico auxilio. Et perfectior est Angelus in suo esse naturali, quam homo, quamvis hinc ad statum perfectum suis viribus perveniat, Angelus vero illum a Deo Creatore statim habet. Sic perfectior erit, quamvis a Deo accepit species.

etiam ad cognoscendum, quam homo, qui propria virtute eas acquirit; quia cognitio Angeli, longe perfectior est, quam cognitio hominis.

Neque iuvat exemplum de Christo. Ut enim docet Div. Th. 3. par. q. 9. art. 4. Cum in Christo esset natura humana, nihil ei deesse debuit eorum, quae Deus in natura humana plantavit; & proinde in eo potuit intellectus agens, sicut in exteris hominibus, qui ne sua careret operatione, debuit etiam in Christo abstrahere species aphantasmatis, & consequenter pondera fuit in eo scientia accepta a rebus, quae est acquisita. Quod autem in eo esset scientia infusa, hoc erat per accidens, & non ex conditione naturae humanae, quae per se cognoscere per species acceptas a rebus. Contrarium autem evenit in Angelis. Horum enim natura (sicut & Caelorum corporum) petit statim omni sua perfectione ad essendum, & cognoscendum esse imbuta. Quare facere, ut per species acceptas a rebus cognosceret, est operari vel contra, vel supra modum connaturalium ipsius.

XXI. Infero secundo ex eodem Div. Thom. 2. Contra Gen. cap. 96. citato: quod localis distantia cognoscendum esse separata impedire non potest. Ex eodem enim distantia per se comparatur ad sensum, non autem ad intellectum, nisi per accidens, in quantum a sensu accipit. Nam sensibilia secundum determinatam distantiam movent sensum; intelligibilia autem secundum quod movent intellectum, non in loco, cum sint a materia corporali separata. Cum igitur substantia separata non accipiat intelligentiam cognoscendum a sensibilibus, in eorum cognitionem distantia localis nihil operatur. Ita Divus Thomas.

XXII. Sed dices. S. Augustinus lib. de cura gerenda pro mortuis cap. 2. de animabus defunctorum loquens, ait: Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, ubi non videntur, quocumque aguntur, aut eveniunt in ista vita hominibus; Ergo distantia localis impedit cognitionem animae separatae; ergo & Angelorum. Quod asserit Greg. lib. 12. moral. cap. 14.

Secundo, Angelus, ut agat, debet conjungi loco, nec in omni distantia agere potest, ut supra diximus: sed agit per cognitionem; ergo localis distantia impedit &c.

XXIII. Respondetur cum Div. Thom. 1. par. q. 89. art. 7. ad 1. neg. primam consequentiam. Non enim, quod anima mortuorum, quae hic aguntur nesciant, vult Augustinus, huius ignorantiae causam esse localem distantiam: sed quia, ut ibidem ait, nostris rebus, non interfuit. Cum enim, ut docet Div. Thom. loco relato art. 8. Anima mortuorum secundum ordinem divinum, & secundum modum essendi segregata sint a conspectibus viventium, & consueti conversationi spirituum substantiarum, quae sunt a corpore separata. Unde ea, quae aguntur non aguntur, ignorant. Quam rationem indicat quoque S. Gregorius laudato loco.

XXIV. Hae tamen intelligenda sunt de cognitione naturalis, ait Divus Thomas ibi. Nam si de animabus Beatis sermo fit, probabilis censet cum Divo Gregorio citato, quod animae Sanctorum Deum vident omnia praesentia, quae hic agunt, agnoscant. Sunt enim aequales Angelis, neque Augustinus dissentit. Unde ad verba citata praemittit: Ut vales, accipias quisque, quod dicam; quibus verbis indicat, dum ait, animas mortuorum, quae hic aguntur, ignorare, non asserendo, sed dubitando.

XXV. Verum admittit opinione Augustini, nescire animas separatas, quid hic agatur; id tamen de Angelis inferendum non est. Etenim, idem Augustinus cap. 15. ibidem postquam ait, animas defunctorum nescire id, quod hic agitur sed dum hic agitur, audire tamen potest; exponens, quae videntur, dicit, primo, eas audire ab eis, qui hinc ad eas transeunt moriendo; unde praemittit, Abrahamum, quod diviti damnato contigit: in terris, Lazaro indicante didicisse. Deinde subdit: Postquam est ab Angelis, qui rebus, quae aguntur hic, praesto sunt, audire aliquid morui, quod nunquamquam illorum audire debere iudicet, cui cuncta subiecta sunt; nisi enim essent Angeli, qui praesto interesset, vivorum & mortuorum locis, non diceret Dominus Jesus: contigit autem mari inopem illum, & affert ab Angelis in sanum Abraham. Sic ergo dico, Spiritus defunctorum secundum Augustinum ignorant, quae hic aguntur, quia vivorum rebus non interfuit: sed Angelis rebus vivorum interfuit, quae praesto sunt, ut idem Augustinus fatetur in quo &c.

Ad secundum dico; Angelum agere cognitione practica, & ab hac certe aliquando locali distantia impeditur, ut supra diximus. Non tamen agit cognitione contemplativa, & hanc dicit Div. Thom. locali distantia non impeditur. Unde 3. par. q. 55. art. 2. ad 4. cognitio (inquit) Angeli indifferenter se habet ad distantiam, & propinquum secundum locum. Non enim movetur propter hoc motu ejus localis est frusta. Non enim movetur localiter ad cognitionem accipiendam, sed ad operandum aliquid in loco.

S. IV.

Resolvitur de rebus immaterialibus.

XXVI. Dico tertio. Nec potest Angelus res immateriales intelligere per species ab ipsis rebus immaterialibus acceptas, sed unice per species a Deo ipsi in ejus creatione infusas. Est expressa Div. Thomae. Nam 1. par. q. 56. art. 2. Unigenitus (inquit) spiritualium creaturam a Verbo Dei impressa sunt omnes rationes rerum omnium tam corporali-um quam spiritualium. Ita tamen, quod unicuique Angelo impressa est ratio sui speciei secundum esse naturale, & intellectuale simul, ita scilicet, quod in natura sua species subsistat, & per se intelligat. Aliarum vero naturarum tam spiritualium

quam corporali-um rationes sunt ei impressae secundum esse intellectuale tantum, ut videlicet per huiusmodi species impressas tam creaturas corporales, quam spirituales cognoscat. Et Quae 8. de Veris. art. 7. relatis variis dicendi modis concludit: Unde alius magis est eligendus, ut dicatur, quod unus Angelus alius cognoscit per similitudinem eorum in intellectu ejus existens; non jam abstracta, aut impressa ab alio Angelo, vel aliquo modo acquisita, sed a creatione divinitus impressa, sicut & res materiales per huiusmodi similitudines cognoscit. Quibus, quo ad hoc, eodem modo de spiritualibus, ac de materialibus sentit.

XXVII. Propterea haec redeunt omnia, quae superius, tum ex auctoritate, tum ex ratione S. 2. attulimus ad probandum, Angelos res materiales per species ab ipsis acceptas non cognoscere, sed per infusas a Deo. Non enim minus ab initio Angelus plenus fuit sapientia quoad spiritualia, quam corporalia: statim enim eorum quilibet comprehensivum seipsum cognovit, & proinde differentiam suam ab aliis Angelis, quod contingere non potuit, nisi & alios statim cognosceret: non autem eos in primo instanti sui creationis potuit cognoscere per species ab ipsis impressas, quia omnes simul producti sunt; ut autem posset species ab illis accipere, debuerit supponere eos jam existentium.

XXVIII. Tum etiam, quia idem servandum est inter substantias spirituales intellectuales, ac inter corporeas; ergo sicut substantia quidem corporales inferiores accipiunt successively suas formas, & perfectionem etiam substantialem; substantia tamen corporales superiores, quales sunt Caelestes, statim ab initio totam suam perfectionem acceperunt in esse substantiali: sic etiam substantia spirituales inferiores, quales sunt anime humanae, formas intellectuales, vel intelligibiles, quibus in esse intellectuali complentur, successive acquirunt; tamen substantia spirituales, & intellectuales superiores, quales sunt Angeli, ab initio formas suas intellectuales, seu intelligibiles habuere credende sunt, statimque in esse intellectuali fuisse ultimo completae.

XXIX. Loquitur autem de ultimo complemento actus primi, & per modum formae, sui principii intelligendi: non de ultimo complemento per modum actus secundi, & actionis. Quare non poterit quis inferre, quod si Angeli, ab initio omni forma ad intelligendum imbuti sint, semper sint in actu secundo cognoscendi omnia: possunt enim ab actu secundo pro sua libertate cessare, & forma quae praeditur tunc illi, vel non uti ad illa & se cognoscenda, vel non cognoscenda. In quo stat etiam differentia inter Angelos, & corpora superiora. Haec enim cum necessario fluant, ab influxu actuali cessare non possunt; bene tamen Angeli ab actuali cognitione, in qua liberi sunt.

XXX. Neque ex hoc inferat aliquis, quod sicut Caeli inferiores aliquid accipiunt a superioribus, motum, & lucem; ita & Angeli praefertim inferiores accipere poterunt lumen, & species ad cognoscendum.

Nam hoc ad summum probat, Angelos inferiores posse accidentaliter illuminari, & edoceri a superioribus, non autem ab illis formas ad cognoscendum accipere. Immo sicut Caeli inferiores, quomvis aliquid accidentale a superioribus participant, formas tamen, seu principia quibus possunt influere, a Deo habuerunt: sic Angeli inferiores, esto a superioribus de cognoscendis aliquomodo illuminentur, formas tamen & principia ad cognoscendum a Deo habuerunt.

XXXI. Neque asserat Scotus notam disparitatem inter formas Caelorum, & species Angelorum, quod illa a solo Deo creati possunt, & a nullo genere creato produci; ille vero ab Angelo cognoscendo, & cognitio produci possunt: & cum Deus agere solet per causas creatas, quod ille agere possit, ne earum virtus sit frustrata, sit, quod Deus finit, objecta immaterialia immittere speciem sui in intellectu Angeli.

Nego enim, Angelum posse producere speciem sui in intellectum alterius Angeli, quod Scotus probare debuerat; non supponere. Eadem enim ratione, qua Dubio precedente ostendimus S. 2. art. 3. & sequentibus; unum Angelum non posse per suam substantiam intellectuali alterius unius, alias in ipsum illibarentur (quod solius Dei qui intellectum creavit, proprium est) nec potest speciem sui in alienum intellectum producere.

XXXII. Quod si dixeris, hunc illapsum non requiri ad rationem speciei; sed satis esse, quod obiectum fiat praesens potentiae per intantum, & immediatum sui rationem, etiam haec fiat sola obiecti externa appositio, & praesentia, quae non est ad modum contractus physici.

XXXIII. Contra est. Nam ad movendum intellectum per sui speciem ad cognitionem non sufficit quocumque in distantia, propinquitas, seu praesentia localis; quo pacto unus Angelus conjungitur alteri ad causalem motum, jungendo cum illo virtutem suam, quia aliqua causet in illo: sed requiritur, ut praeter localem motum, quo illi appropinquat, virtutem habeat ad immutandum intellectum illius; quia species illa debet educi, vel a substantia, vel intellectu Angeli, in quo subiectari debet: forma autem, seu species de novo educi, & recipi nequit absque immutatione subiecti, ex quo educitur, & in quo recipitur. Porro cum hanc viam causativam impressivam, & immutativam non habeat unus Angelus in intellectu alterius; quia sicut solius Dei, qui est causa ejus, & immutativam non habeat unus Angelum in intellectu alterius; quia sicut solius Dei, qui est causa ejus, est immutare per modum agentis voluntatis; ita & intellectum alterius imprimere non potest, qui solum immutari potest ab aliquo sui, sicut intellectus agens immutatur a nobis intellectu, & intellectus voluntatem; vel a suo proprio generante, & factore; qui est Deus.

XXXIV. Quod a posteriori confirmatur si enim unus Angelus intare potest intellectum alterius per speciem sui, eumque immutare, ac determinare, ad sui cognitionem; cur non poterit intellectus unus Angelus, ad sui cognitionem, & ad voluntatem, & operandum in illis cognoscere secreta cordis ejus? Certe non est ratio, cur habeat vim immutandi intus ipsum intellectum, & non habeat facultatem cognoscendi illud, quod immutat, & in quo agit, videndo quid operetur. Cum ergo hoc neget Scotus, neget quoque primum, necesse erit.

XXXV. Quae potest, an sitalem supernaturaliter, & de absoluta Dei potentia fieri possit, ut Angelus per species a rebus acceptas intelligat?

Respondet, me nullam in hoc videre implicentiam, nec ex Doctrina D. Thomae haecenus allata, quidquam erui, quod eam convincat, vel infirmet; cum tota fundetur in exigentia conaturali naturae Angeli. Quamvis enim in Angelo non deat agens spiritualizans, & proportionans species a rebus materialibus productas; vel producens in Angelo vim aliquam similem intellectui agenti; vel immediate active eas ita spiritualizando; ut possint angelico intellectui uniri; eisque obiectum representent, ejusque notitiam parere: tamen videtur repugnare in hoc, quod obiecta spiritualia, & materialia quoque, Deo sic volente, & supra naturam operante, possint speciem sui immutare in intellectu angelicum. Spiritualia quidem, non illabendo, sed determinando per modum causae principalis producendo speciem sui spiritualium, quae super-naturaliter omne medium pertinetur; materialia autem speciem spiritualem producendo instrumentaler, eo modo, quo Sacramenta producant gratiam in Anima. Quomodoque enim illa species producerentur in intellectu Angeli, & essent formales similitudines obiectorum a quibus producerentur; per eas sic acquisitas intellectus Angeli formaratur ad ea intelligenda.

S. V.

Fundamenta contra praesatas assertiones.

XXXVI. Contra assertiones statuta S. 2. obijciunt Scotista, ver. 10. ubi Paulus dicit, quod dispensatio Sacramenti Incarnationis a saeculis abscondita facta est: ut immoretur Principibus, & Principibus in Caelis per Ecclesiam multiformis sapientia Dei; super quae Div. Hieronymus arguit, quod si Principibus, & Principibus in Caelis, igitur fuit multiplex sapientia Dei, quae nunc est reclusa, est per Ecclesiam; quanto magis Patriarchis, & Prophetis ignota fuit? Ergo Angeli ab Apollolis, & Ecclesia didicerunt Mysterium Incarnationis, istem quod aliquis circumspicit, sicut & veteres Patriarchae; ergo scientiam, ac subinde species, de illo, non secus, ac Patriarchae acceperunt.

Kurfus Div. Augustini lib. 12. de Trinitate, cap. 7. ait, quod dum aliquid temporaliter, ac transitorio geritur, simul inde efficiuntur sensus, vel canales animarum, & hominum, vel etiam Caelestes Angelorum.

Item lib. 2. de Genesi, ad litter. cap. 17. Demones asserit diuturnis experientia aliqua discere, vel a bonis Angelis edoceri.

XXXVII. Respondetur ad textum Pauli cum Div. Thom. Qu. 8. de Veritate art. 9. ad 2. quod mysterium Incarnationis primo est secretum ab Angelis, quam ab hominibus, unde & homines de ipso per Angelos sunt edociti, ut dicit Dionysius cap. 4. Caelestes Hierarchiae. Ipsi enim Incarnationis mysterium mundo absconditum a saeculis cognoverunt, & per Angelorum Ecclesiam, quae est in Caelis, & Principibus, & Principibus hinc mundum praedictum mysterium invenit, ut exponit Augustinus S. de Genesi, ad litter. (cap. 20.) & quod ibi dicitur de Ecclesia, referendum est ad Ecclesiam Angelorum, ut Augustinus exponit S. Genesi, ad litter. (citato loco).

Ad id, quod addit ex Hieronymo, subdit S. Thom. Quamvis Hieronymus contrarium dicere videatur. Sed tamen verba ejus non sunt hoc modo intelligenda, quod Angeli ab hominibus scientiam acquirunt; sed quia Apostolus praedictis, res jam completas, quae fuerant prius per Prophetas praedictae, Angeli plenius cognoverunt, sicut plenius sciunt praesentia, quam futura. Ita Div. Thom. Plenius autem cognoscunt Angeli praesentia, non per novatum specierum acquisitionem, sed per clariorem speciem ab initio infusae representationem; dum quae ante seiebant, sed non intuebantur, postea praesentia tanquam conditione, incipiunt intuitivè cognoscere.

XXXVIII. Ad primum Augustini testimonium dico, cum velles, ex novitate eorum, quae temporaliter sunt, mentes angelicas affici, non novas species acquirendo, sed novas intellectuales; cognoscendo scilicet, ut praesentes, quae antea ut praesentes non cognoscebant, vel etiam de eis nullam habebant cognitionem. Hanc parvo esse mentem Div. Augustini laudato loco, perspicuum est. Ibi enim intendit fatuere differentiam inter cognitionem Dei, cui omnia sunt ab eterno cognita, & creaturam, quibus aliquid de novo ex rerum praesentia adventi; unde praemittit: Nam Deus non ad tempus videt, nec aliquid novi fit in ejus visibus, aequa scientia, cum aliquid corporaliter, ac transitorio geritur.

XXXIX. Ad secundum Testim. ex eodem, respondeo cum Div. Thom. 1. par. q. 89. art. 7. ad 2. S. Augustinum ibi loqui ex eorum sententia, qui Angelos, & Demones putant esse corporeos; quamquam eorum sententiam magis recitet, quam asserendo teneat, ut superius ostendimus. In hac autem opinione se loqui ostendit citato loco, dum rationem assignans; quare Demones oculiorum quaedam agnoscat: ait:

parim, quia subtilioris sensus acuminis, parim quia corporibus subtilioribus viget.

Dici etiam potest cum eodem S. Thom. 1. par. q. 94. art. 5. Quod experientia Angelis attribui potest per similitudinem cognitionem, & non per similitudinem virtutis cognoscitivae. Et enim in nobis experientia, dum sagaxior, per sensus cognoscitivum (ideoque species accipiendo) Angeli autem singularia cognoscunt, sed non per sensum (abstrahendo, & accipiendo species) sed nova objecta cognoscendo in actu secundo, quae antea in actu primo solum cognoscebant.

XL. Obijciunt secundo contra idem. Si ponatur, Angelum habuisse ab initio infusas species omnium rerum, sequetur, eum ab initio cognovisse omnia, quae quocumque tempore eventura erant, & consequenter etiam futura, & cognitiones cordium; cum ad cognoscendum nil aliud requiratur, quam vis cognoscitiva & species obiecti: sed hoc esse falsum ostendimus; ergo &c.

Confirmatur. Species innatae aequaliter se habent ad praesentia, & futura: sed scientia Angelorum non aequaliter se habet ad utraque, cum scient praesentia, ignorent, autem futura: ergo Angelorum scientia non est per species innatas.

XLI. Resp. neg. sequelam. Nam praeter speciem, ad actuallem cognitionem requiritur, quod representatum per illam in rerum natura sit. Licet autem Angeli habent species, quae apte sunt representare omnia, quae futura sunt; nihil tamen futurorum contingendum est in rerum natura, quod speciebus illis assimilatur. Unde Div. Thom. 1. par. q. 99. art. 7. ad 3. assignans discrimen inter distantiam secundum locum, & secundum tempus: Futura (inquit) quae distant secundum locum, non sunt extra in actu. Unde in se ipsis non sunt cognoscibiles: quia sicut deficit aliquid ab entitate, ita deficit a cognoscibilitate, sed ea, quae sunt distantia secundum locum, sunt extra in actu, & secundum se cognoscibilia.

XLII. Ad confirm. respondet Div. Thom. Qu. 8. de Veritate, art. 9. ad 3. quod Angeli, quamvis futura non cognoscant aliqua, quae tamen dum sunt praesentia, sciunt; non tamen sequitur ex hoc, quod species aliquae a rebus accipiant, per quas cognoscunt. Cum enim cognitio fiat per assimilationem cognoscens ad cognitum, hoc modo contingit novam cognitionem de aliquo accipere, quo modo contingit de novo aliquid aliter assimilari. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo per motum suum, alio modo per motum alterius ad formam, quam ipse jam habet. Et similiter aliquis incipit de novo cognoscere, uno modo ex hoc, quod cognoscens de novo accipit formam cogniti, sicut in nobis accidit. Alio modo per hoc, quod cognitum de novo pervenit ad formam, quae est in cognoscente. Et hoc modo Angeli cognoscunt praesentia, quae primo fuerunt futura; ut puta, si aliquid novum erat homo, et non assimilantur intellectus angelicus per formam hominis, quam habet ab ipso se. Sed cum hoc incipit esse homo, secundum eandem formam incipit intellectus angelicus illi assimilare sine aliqua mutatione facta circum ipsum. Haec valde notanda docet Div. Thom. ergo Angelus de novo cognoscit aliquid praesens, quod dum erat futurum non cognoscebat, hoc non fit per motum Angeli ad cognitum, sed per motum, & adventum cogniti ad ipsum.

XLIII. Ex quibus solvitur alia instantia fieri solita, quod scilicet species Angelorum, si essent innatae, deberent vel quotidie mutari novorum rerum adventu; vel Angelus semper deciperetur in singularium cognitione. Etenim mutarentur quidem species angelicae, si novorum rerum adventus assereret novam assimilationem speciei angelicae ad eas; non vero si solum asserat novam assimilationem rei noviter adventientis ad formam: quod magis explicite S. Doct. ibi in respons. ad 5. dicens: Intellectus Angeli sine hoc, quod accipiat novam formam intelligibilem, potest aliquid de novo intelligere dupliciter. Uno modo per hoc, quod aliquid de novo aliquid intellectus comparatur, ut supra dicitur est. Alio modo per hoc, quod intellectus comparatur, ut supra dicitur est. Alio modo per hoc, quod intellectus comparatur, ut supra dicitur est. Alio modo per hoc, quod intellectus comparatur, ut supra dicitur est.

XLIV. Tertio obijciunt. Obijciunt ut in phantasmate, est adhuc materiale, proportionem habet, ut intellectus agens ex eo formet speciem intelligibilem; ergo hanc proportionem habebit obiectum in se, quamvis materiale, respectu intellectus Angeli. Confirm. Lumen intelligibile in Angelis est efficax, quam in anima humana: sed per lumen intellectus agens in nobis abstrahuntur species aphantasmatis; ergo & multo magis intellectus Angeli potest phantasmata alia a rebus sensibilibus abstrahere.

XLV. Respondetur, admisso ant. neg. conseq. Obiectum enim, ut in phantasmate, est in statu quasi medio inter rem materiale in se, & formam intelligibilem; & ideo beneficio intellectus agens deputari, & proportionari potest cum intellectu; quare obiectum materiale in se, nisi medio sensu, & intellectu agente obiectum materiale in se, non est ullum intellectui uniri potest. Cum ergo in Angelis non fiat sensus, nec fit intellectus agens, non est ullum medium, ut obiectum materiale possit immittere speciem sui in angelicum intellectum. Audiatur Div. Thom. cuius est haec doctrina Qu. 8. de Veritate, art. 9. Res materiales, & intelligibiles sunt omnino diversorum generum. Ea enim quae non communicant in materia, non communicant in genere, ut patet per Philosophum in 5. Metaph. & in 10. Unde non potest esse, quod res materialis immediate participantur ab intellectu, aut agant in ipsum. Et ideo in nobis providit natura conditor sensus, ut in quibus forma sunt con-